



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 15. Ad quid teneatur, qui juravit se ducturum Titiam & nullam aliam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

incommoda, quia sponsalia fuerunt absoluta,  
neque hæc præcisè est justa causa dissolvendi,  
secundum dicenda postea.

§. 3. Quamvis parentes minarentur exhae- 102.  
redationem, tamen si impregnavit sponsam  
facta sponsione vel spe Matrimonii, tenetur du-  
cere; & quamvis leges quorundam locorum  
permittant tales contrahentes exhaeredari, hæ-  
tamen sunt correctæ à Jure, non tantum Cano-  
nico, sed etiam civili, uti dicetur n. 571. Quod  
si timeretur perpetua offensa parentum, *Sanch.*  
aliisque apud *Gob.* n. 335. putant talem sponsum  
non teneri ducere, sed de hoc dicam n. 169. An  
autem pater possit filiæ contra voluntatem  
suam nubenti negare dotem, dicetur n. 572.

Q. 15. Ad quid teneatur, qui juravit se ducturum 103.  
*Titiam, & nullam aliam.* R. Tenetur ducere Ti-  
tiam: Si autem Titia renuat, potest ducere  
aliam, quia juramentum erat factum in gratiam  
Titiae, quæ jus remittit: & quod dixerit, *null-*  
*lam aliam*, intelligebat præ Titia, seu prætermis-  
sa Titia, si ipsa vellet, *Gob. tr. 10. n. 134.*

Q. 16. An sponsalia ex metu injuste incusso contra- 104.  
*ta sint valida, vel saltē obligent ex religione, si accedat*  
*juramentum.* R. Operz pretium est scire, an va-  
lida sint, nam, si valida sint, inducunt impedimentum publicæ honestatis. Quis autem me-  
tus dicatur levis aut gravis, & quotuplex sit,  
dixi l. 3. p. 2. à n. 630. quibus suppositis,

§. 1. Levis metus injuste incusus non inva- 105.  
lidat sponsalia, uti colligetur ex dicendis n. 649.  
Attamen talia sponsalia manent infirma in foro  
conscientiae, & propriâ authoritate metum passi  
sunt irritabilia, uti dixi l. 3. p. 2. n. 642. ac præ-  
ter ibi citatos, docent Bonac. *Began.* nec improbat

Averso.